



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

43. Domum quamlibet ingrediens vtensiliæ Cruce signat: & ad mensam,
lances, & pocula.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

116 CHRISTVS CRVCIFIXVS

*Aspira-
tiones ad
caelum.*

*Pingit
Crucis si-
gnum in
labijs.*

Post hæc obmutuit: & clausis oculis, quasi mortalia despiceret, vsque ad expirationem animæ eisdem repetebat versiculos, vt quod dicebat, vix audiri posset. Denique digitum ad os tenens, & CRVCIS SIGNVM pingens in labijs fidei Creatori, expirans animam suam tradidit, cum vixisset in sancto proposito Romæ annos quinque, Bethleem annos viginti, omne autem vitæ tempus quinquaginta sex.

a. 2. ad Corin. 5. b. psal. 119. c. ad Phil. 1. d. 1. Corint 9. e. Psal. 14. f. Psal. 25. g. Psal 83. S. Hieronymus epist. 27. ad Eusebium. Surius 27. Ianuar. Baron. No. 14 Mart. & tomo 5. Annal. Obijt Anno 405.

III.

AMATOR CRVCIFIXI

*domum quamlibet ingrediens, utensilibus
Cruce signat: & ad mensam, lances,
ac pocula.*

43.
S. VEDASTVS
Episcopus
Atreba-
tensis.

FVIT sanè liberalis in extendenda dextera, & formanda vbique CRVCIS, domi forisq; S. Vedastus, insigni vir sanctitate, & amore erga CRVCIFIXVM Dominum, postea Episcopus Atrebatensis

gensis: & probauit bonus Dominus sequentibus signis, frequentem hunc vsum signandi se & alios in viro Sancto.

Cum esset in comitatu Francorum *Signo* Regis Clodouei, qui eius Societatem *Crucis* experierat, antequam ad fidem Christianam conuersus esset, & ad S. Remigium Rhemorum Episcopum properaret, obuium habuit in pago propè Reguliacam villam ad Axonam flumen *Cœcum* quendam cœcum ab ipso postulantem *illuminat.* suppliciter opem, quem ille extēplō, solitis remedijs extendens manum, SIGNO CRUCIS, & oratione fusā illuminauit.

Post multum temporis accidit Francum quendam Ocinum nomine, magnifico rerum omnium apparatu Regem Clotarium Clodouei filium ad prandium vocare: vocatus autem est & Vedastus. Qui domum ingressus, pro consuetudine, omnia Sanctæ CRUCIS SIGNO, extensā dexterā signauit. Erant autem in cœnaculo vascula quædam grato ijs gentibus potu plena, sed malè gentilium errore ad decipiendas conuiuarum animas dæmoniacis incantationibus infecta, quæ subitō ad potentiam CRUCIS crepuerunt.

Quo

118 CHRISTVS CRVCIFIXVS

*Potentia
signi Cru-
cis.*

Quo viso, Rex cum Optimatibus in stuporem versi Christi CRVCIFIXE virtutem, in eius famulo Vedasto col- laudarunt: & plurimi occultis fraudis diabolicæ laqueis absoluti, auguriorum varietate spreta, incantationumque su- perstitutione relictæ, ad veræ religionis puritatem conuolarunt.

*Albinus Flaccus Alcuinus in vitâ Surius,
Heraus, Grasius vi. Febr. Baronius
Not. Martyr. Fuit Episcopus annis XL.
migravit ex hac vita Anno Dom.
DLXX.*

IV.

AMATOR CRVCIFIXI

*impetrat à Domino, ut coelitus immittat
Crucis inimicis Crucis, ad ipsorum con-
fusionem, & Crucis ac Cruci-
fixi honorem.*

*44.
S. CY-
RILLVS
Ierosoly-
mitanus
Episcopus.*

Hoc fecisse & obtinuisse S. Cyril- lum Ierosolymitanum Episcopum fas est credere. Nam cum Iulianus Im- perator Apostata Iudæis templum Ierosolymis instaurare permisisset, im- mò mandasset, & ad hoc de publico sumptus subministrasset, memor va- ticinij